

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Beneficiencia siue beneficium k  
cum uariis

Multum interest utrum quis beneficium nobis det sua causa an sua et nostra. Ille qui totus ad se spectat et nobis prodest quia aliter sibi prodesse non potest, eo michi loco habendus uidetur, quo qui pecori suo pabulum prospicit. Si me in consorcium admisit, si duos cogitauit, ingratus sum et iniustus nisi gaudeo hoc illi profuisse quod proderat michi. Summe malignitatis est non uocare beneficium nisi quod dantem aliquo incommodo afficit.

Seneca libro VI. de beneficiis.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Beneficiencia siue] Beneficia seu P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; an] in v<sup>1</sup>; quia] qui P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; habendus] uidendus P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>; qui] quis P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; pecori] pectori B M; VI.] V. C